

Si vis scire artem musice...

1

Les sources manuscrites de la théorie de la musique
(S. IX-XVI)

« Si vis scire artem musice... »

cura et studio Christian Meyer
2013

« *Si vis scire artem musice... »*

cura et studio Christian Meyer
2013

Pesaro, Biblioteca Oliveriana
1336, f. 19v-20v

Berlin, Staatsbibliothek Preussischer Kulturbesitz
Theol. lat. qu. 261, f. 23r-24r

B 23r - P 19v

¹ Si vis scire artem musice oportet te scire quod XV sunt voces tonitruales, s. a primo .D. usque ad secundum, que inveniuntur a primo .A. usque ad VIII^{<vum>} .a. ² Et in istis inveniuntur VIII voces tonitruales, scilicet a primo .D. usque ad secundum. ³ Que dicuntur tonitruales quia in hiis concluduntur omnes differentie.

⁴ Sed si obiciatur contra, quia teste Guidone VII sunt consonantie et VII dies in ebdomada, ergo VII debent esse differentie, responsio : dicendum est quod aliud est consonantia, aliud est differentia. ⁵ Consonantia enim dicitur a consequendo quia semper secuntur voces suas. Differentia vero dicitur quia differtur unus tonus ab alio.

⁶ Quod autem omnes differentie concludantur a primo .D. usque ad secundum, sic probatur : ⁷ nam IIII sunt lictere regulares

⁴ GUIDO ep. 165-166 (p. 476)

⁵ (Consonantia... voces suas) IOH. CICON. mus. 1, 62, p. 218, 1 ; NICOL. BURT. (1487) 1, 9, 57

Incipit ars magistri Boethii *tit. B ab alia manu* | g<re>g<ori>us pape *tit. P ab alia manu*

³ tonitruales s. a primo] tonitruales oportet te scire s. a primo *B*

⁴ VII dies] VII sunt dies *B* | ebdomada] ebdomoda *P*

⁶ quod] queritur *lect. dub. P*

ubi debent se concludere omnes lictere ex ratione, scilicet primum .D. .E. .F. .G. grave ; ⁸ alie IIII desuper sunt irregularis quia sunt ad succurrendum ; ⁹ tamen in hiis VIII vocibus concluduntur omnes differentie.

¹⁰ Quid est cantus ? Cantus est quedam ars. Unde proceditur ? Ab ore et ab arte. Duplice nomine vocatur.

¹¹ Musica quid <est> ? Musica est motus vocum.

¹² Quid motus vocum ? Tonus, semitonius, dictonus, semidictonus, diatessaron, diapente et diapason. Iste sunt consonantie vocum.

¹³ Quid est musica ? Scientia recte canendi et regula veraciter modulandi.

¹⁴ Musica unde derivatur ? A *moys*, quod est aqua, quia nec aqua nec musica possunt tangi sine aliqua motione. ¹⁵ Musica dicitur a musicatione, i. a sonacione vocum, vel musica dicitur a musis vel a *moys*, quod est aqua et *scao* quod est sonus. ¹⁶ Inde musica, i. sonus sumptus ab aqua.

¹⁷ Musica unde constat ? Musica constat ex septem consonantiis.

¹⁸ Quid est regula ? Regula est que regit se et alia. ¹⁹ Unde dicitur regula ? A regendo, quia ars regit se et alia.

¹⁹ Quid est vox ? Vox est aeris tenuissimus ictus naturalibus instrumentis formatus.

11 GUIDO micr. 16, 22 (p. 184) ; ARIBO 4 p. 36 *al.*

12 cf. GUIDO micr. 16, 22 (p. 184)

13 (scientia recte canendi) PS.-THOMAS AQU. I 2

15 (musica... vocum) LIB. ARGUM. 4 p. 19

17 LIB. ARGUM. 12 p. 20

8 sunt] que sunt *BP*

10 ore] hore *P*

11 musica-motus] quid musica motus *B*

18-19 *om. B*

²⁰ Nota quod X sunt consonantie vocum, scilicet VI perfecte et quattuor imperfecte. ²¹ Perfecte sunt diatessaron, diapente, diapason, XI^a, XII^a et quadrupla, i. XV^a, et dicuntur perfecte quia habent perfectas modulationes. | ²² Imperfecte sunt IIII : | tonus, semitonus, semidictonus et dictonus et dicuntur imperfecte quia non habent perfectas modulaciones.

²³ Nota quod Guido ita composuit ut omnis cantus habet potestatem incipiendi usque ad illam notam ubi incipiunt differentie eius, super differentias vero non. ²⁴ Cum aliquid incipitur canere, nequimus cognoscere cuius modi sit, quia nequimus cognoscere cuius modi consonantie sint venture. ²⁵ Unde tantum in fine cognoscitur sicut scriptum est omnis laus in fine canitur.

²⁶ Nota quod quando cantus primi toni et ceterorum autenticorum ascendit usque ad VIII vocem et descendit sub se ad III^{am} non descendit regulariter set recipit de suo plagali et dicitur cantus mixtus. ²⁷ Simili modo de plagalibus dum cantus secundi toni descendit sub se <ad> V^{am} et ultra modum supra se non regulariter ascendit sed recipit <ascensum> de suo autentico et vocatur cantus commixtus. ²⁸ Sed sciendum est quod de tono qui plus potest ascendere vel descendere, de illo iudicatur et intonatur.

²⁹ Sciendum est quod omnis cantus aut rectus tonus est aut commixtus, aut communis. ³⁰ Rectus tonus est cum suam habet regulam, sicut dictum est. ³¹ Commixtus est qui ascendit vel

25 (omnis laus...) cf. GUIDO micr. 11, 21 *al.*

19 aeris] aieris *P*

21 quadrupla] quadrupa *BP*

24 modi² *om. B* | *sint*] sit *BP*

26 autenticorum] autentiquorum *BP* | ad tertiam] tertiam *BP* | ad *om.* *BP* | V^{am}] VI^{am} *B*

27 et ultra] et ascendit ultra *BP* | commixtus] commicstus *P*

descendit plus quam debeat vel recipit aliam consonantiam.
³² Communis vero tantum habet ex se quantum ex alio et tum in potestate cantoris est iudicandum.

³³ Notandum est quod primus et secundus tonus finiuntur in .D. grave et habent diapente communis in .a. [et in .b.] acuto.
³⁴ Tercius et quartus finiuntur in .E. gravi et habent diapente commune in .b. [et in .c.] acuto. ³⁵V^{us} et VI^{us} finiuntur in .F. et habent diapente commune in .c. [et in .d.] acuta. ³⁶VII^{us} et VIII^{us} finiuntur in .G. grave et habent diapente commune in .d. [et in .e.] acuto. ³⁷Nam omnis cantus in hiis tantum terminatur litteris, scilicet in .D. .E. .F. .G. gravibus, et si aliter inveniatur, cassum et absque regula manet apud Boetium.

³⁸ Et est discretio quod primus tonus ascendit in .d. .e. .f. et .g. acuta, quod non facit secundus. ³⁹Et secundus descendit in <.δ. .ε. .φ. .Γ.>, quod non facit primus nisi in duobus cantibus, scilicet *Montes Gelboe* et *Spiritus sanctus*. ⁴⁰Tertius asscendit in .e. .f. .g. acuta, quod non facit IIII^{us}. ⁴¹Et quartus descendit in .B. et in .A. grave quod non facit tertius. ⁴²Quintus ascendit in .f. et .g. acuta, quod non facit VI^{us}

. ⁴³Et VI^{us} descendit in .G. .A. .B. grave quod non facit quintus.
⁴⁴Et septimus ascendit in .g. acutum et in .a., .b. et in .c. superacuta, quod non facit VIII^{us}. ⁴⁵Et octavus descendit in .C. grave, quod non facit septimus. ⁴⁷Et hoc dictum est a

³⁷ cf. IAC. THEAT. (p. 1413) 1

³³ finiuntur] finitur BP | acuto] acutum BP

³⁴ finiuntur] finitur BP

³⁵ finiuntur] finitur BP

³⁶ finiuntur] finitur BP

³⁷ absque] usque P

³⁹ .δ. .ε. .φ. .Γ.] a g F G BP | cantibus] cantis BP | montes] monte BP

⁴¹ tertius] V^{us} BP

⁴³ et VI^{us} om. P | .G. .A. .B.] G b a BP | quintus] VII^{us} BP

Pictagora phylosofo.⁴⁸ Et omnes igitur toni subiugales easdem habent species quam autentici, et differunt se in diatessaron et diapente.⁴⁹ Differunt autem quia autentici habent diatessaron super diapente, subiugales quoque infra.

⁵⁰ Et est sciendum quantum ad antiphonarium de die, quod primus et V^{us} et VII^{us} tonus habent diatessaron inferius et superius vel in versibus vel in responsoriis.⁵¹ Sunt quidam cantus qui | propter brevitatem sui nec habent diatessaron nec superius nec inferius, sed solum commune et diapente.⁵² De istis | dixit Boetius quod secundum usum iudicare debemus ita tamen sicut est in antiphonario nocturno.⁵³ In primis dicit de antiphonis quod primus et IIII^{us} et VI^{us} tonus habent *seculorum* in .a. acuto, secundus in .F. gravi, tertius et V^{us} et VIII^{us} in .c. acuto, septimus in .D. grave.⁵⁴ Tamen ant. *Nos qui vivimus* habet *seculorum* in G. gravi.

⁵⁵ Modo dicimus de responsoriis.⁵⁶ Primus habet potestatem circuendi totam manum sola ratione secundi toni.⁵⁷ Versus eius semper debet incipere in .a. acuto vel in .D. grave, versus secundi in .D. vel in .C. grave, versus tertii in .c. acuto, versus IIII^{ti} in .a. acuto, versus V^{ti} in .c., versus VI^{ti} in .F. grave, versus septimi in .d. acuto, versus VIIIⁱ in .G. grave vel in .c. acuto.

⁵⁸ Et certissime verum est <quod> omnes autentici si habent elevationem de lictera in licteram, perfecti sunt, et si magis ascendunt plusquamperfecti, et si minus imperfecti.⁵⁹ Similiter de plagalibus in descensione, qui[a] si descendunt de .a. in .A. vel de .b. in .B. perfecti sunt, si magis plusquamperfecti, si minus imperfecti.

⁴⁷ phylosopho] phylofo *B*

⁴⁸ et omnes igitur *om. B* | eadem] eundem *BP* | species] specie *BP* | et differunt se] differunt autem *B*

⁴⁹ autentici *om. BP*

⁵⁷ in .c.-VI^{ti} *om. P* | versus⁸ quintus *P*

⁶⁰ Nota in primis quod X et IX sunt sedes in quibus sedent et requiescent voces. ⁶¹ Et omnis cantus de una sede in aliam transmutatur, sicut infra patebit. ⁶² Et dicitur prima sedes Gamaut. ⁶³ Alie sedes sunt VII lictere, scilicet .a. .b. .c. .d. .e. .f. .g. ⁶⁴ Que primo posite dicuntur graves. ⁶⁵ Secundo posite dicuntur acute. ⁶⁶ Tertio posite dicuntur superacute, et sunt IIII videlicet .a. .b. .c. .d. ⁶⁷ In istis ergo sedibus sive licteris note sive voces ponuntur. ⁶⁸ Et ascendit et descendit omnis cantus. ⁶⁹ Incipe ergo et dic: Gamaut, .Are., Bemi, Ce.faut, De.solre, .E.lami, Ef.faut, Ge.solreut, .a.lamire, .be.fabemi, ce.solfaut, de.lasolre, e.lami, ef.faut, ge.solreut, a.lamire, befabemi, ce.solfa, de.lasol.

62 prima sedes] primus sedens *P*

69 *seq. in B*

Regula Boetii.

Solis licteris notare optime probavimus.

Quibus addiscendum nichil est facilius

Si assidue utantur saltem tribus mensibus. (GUIDO reg. 172-174)